

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 07 : De Curetibus siue Corybantibus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[126\] : De Curetibus & Corybantibus](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 07 : De Curetibus siue Corybantibus](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 08 : Des Curetes ou Coribantes](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 07 : Des Curetes ou Corybantes](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IX, 07 : De Curetibus siue Corybantibus, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/944>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 274v°-275v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Curètes, Corybantes](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiae

humectatione, omnes terræ fructus infestabat, neque quidquam per illam aeris in clementiam nasci poterat. At enim diuina prouidentia tandem factum est, ita statuere Neptuno terra paulatim sicciora facta, soleq; vapores iam validiore extenuante, ut pellifera illa exhalatio alitorum virtutis cesserit; quare dictus est Apollo sagittis serpentem sive putredinem suis radiis illam domuisse. ac de Latona latiss., nunc de Curetibus aut Corybantibus dicamus.

De Curetibus sive Corybantibus.

Cap. VII.

10

Cretes autem illi, qui Iouem cum Rhea Saturni patris crudelitati subtraxerunt, eumque in Cretam educandum deportarunt, num demones fuerint, an homines dubitari solet: siquidem Hecatus Milesius in iis libris, quos de Phoronio conscripsit, modo ~~de~~ ^{de} p. 172. saltatores deos sci-
licet, modo ~~de~~ ^{de} p. 173. lafores sive iocosos vocauit. at vero Menodotus Sa-
mius in iis commentariis, quos de rebus Sami egregiis conscripsit, ^{de} p. 174.
Curetes xtreis scutis armatos Deos appellauit. Heracides autem Ponticus in rebus Amatoriis non Deos, sed Cretenses homines puta-
uit esse, qui primi omnium mortalium xtra arma in Eubœa induerint, lo-
uemque nutriuerint, & cum illo posse militauerint, cumque in regnum pa-
ternum deduxerint. Fama & Curetes & Corybantes ab Idæis dactylis fuisse
genitos, ut memoriz prodidit in rebus Cretensium Echemenes, qui viros cen-
tum in Creta genitos fuisse memorat, atque illios Ideos dactylos fuisse vo-
catos; à quibus nouem Curetes fuerunt procreati, qui singuli decem viros
genuere, quos posse nominarunt Idæos Dactylos, ut ait Strabo lib. 10. Dio-
nysius vero Chalcidicus quindecim illos fuisse scripsit. at Pherecydes quin-
quaginta & duos, quos etiam ex Apolline & Rhytia nymphe natos fuisse tra-
didit. alii contra ē Cabera Pretei filia & Apolline, vocati sunt Idæi ab Ida
monte Cretæ ut sensit Hellanicus, ut vero Mnaseas lib. 1. de Alia à patre Da-
ctylo & à matre Ida. at Posidippus epigrāmata poeta vocatos fuisse Idæos
Dactylos putauit, quia in Ida monte Cretæ Rhæ obuii digitorum eius attige-
rint cum illam complectentur. fuerunt autem præligiatores Idæi Dacty-
li, ferriq; in varias formas diducendi artifices, aliorumq; metallorum in-
uentures, ut patet ex his catminibus eius poete, qui Phoronidem scripsit.

40

Idæi pietatis

Ιδαῖς φρύγιαι ἀστρα πρότυποι τῶν θεῶν.
καὶ λαγηταὶ δακτυλινοὶ μάγοι, τοῖς τερψίθεοις ἀναποτελοῦσι.
ιεταὶ λαρναὶ Σφραγίστεις ἤρες ἀστροφόνοι.
οἱ πρᾶτοι τιχόλοι πλημενοὶ εἰς φαῖται
σύρπεις τύφωνες τάνατοι οὐδέποτε σύντηροι.
οἱ πρῆπεις ἄνδρες, τοῖς ἀποτροποῖς ἔργοις ὕδατα.
Præligiatores homines hic tecta suarum
Idæi coluere Phryges montana domorum.
Celmis, Damnamenæus ingens, præsignis & Acmon.
Egregii famuli Adraferæ, qui prius artem
Valcani reperere Dei prudentis in altis
Montibus: & ferrum varias docuere figuræ
Ignibus impositum.

Eratosthe-

Eratosthenes in Architectonica, & Scepsius Curetas & Corybantes eisdem esse tradiderunt, quod etiam sensit Orpheus in his;

sc̄p̄s̄iū, Ἐρατόσθενης αρχιτεκτονική, οὐδέποτε τί.

Curetes clari Corybantes Regia proles.

Alii Rhee^z datos a Titanibus ministros fuisse Corybantes armis instructos ē Baetriana inquiunt, alii ē Colchis, alii ē Phrygia. Fuerunt qui dixerint Telchines nosem fuisse Rhodi comites Rhee^z, qui in Cretam accederint, qui dicti sint Curetes ex quo tempore Iouem educarunt: at Corybantes Solis & Mineruz filios fuisse Dæmones. Quidam Saturni filios eos esse credidrunt, quidam verò Iouis & Halliopes, cum alii Curetes Hecates ministros erit bitrarentur. Curetes sive Corybantes in matris Deorum sacrificiis armati saltabant casti & pueri assumpti. Dicti sunt Curetes *λαρυγνοί*, quia caput inter saltandum iactabant, exercebantque enopliam pyrrhicam saltationem easibus scuta inter saltandum cum harmonia percutientes. Fuerunt nonnulli, inter quos Callisthenes in primo nauigationis, & Euphorion, qui Dactylos, Idros, Curetas, Corybantes, Caberos, Telchinas eisdem putarunt esse, cum alii cognatos quidem esse inter se, sed paulum differre: Narrant Curetes nonnulli Pleuronium agrum habitasse, qui Cureticus pollea ab illis nominatus fuit. Archemachus Euboicus hos Chalcidem inquit incolisse, qui cum de Lilanto campo dimicarent, atque hostes priorem partē cœsariei horum caserent, cum dabatur facultas, illam capillorum partē totonderent, & inde à tondendo Curetes sunt nominati. Cum pollea in Acciliam migrassent, & Pleuronis loca trans Acheloum occupassent, intonsa seruantes capita Acarnanes dicti sunt. Alii quia longas stolas gestarent tanquam pueri, ita nominatos contendebant. Semus libro septimo eorum quae erāt in Delo, Curetas filios fuisse scribit Danaidis Nymphæ Cresce, & Apollinis, cum essent Corybantes Apollinis & Thaliz: quare non eisdem fuisse contendit. Apollodorus autem Atheniensis libro secundo Bibliothecæ memoriae prodidit hos fuisse à Ioue occisos, quia Epaphum, quem pellex Io peperat, Iunonis hortatu ceperunt occultandum, nos Curetes memorant spiritu afflatis & sacchico valde tumultuosa armorum agitatione cum strepitu, fragore, cymbalis, cympanis, tibiis, vociferatione inter sacrificia uti solitos, ut prælentes perterritaferent, Deoque reverentia & metu adimplerent. Atque hūc sacrorum ritum, quem feruabant Curetes in sacris Deorum Rhee^z, ita breuiter expressit Lucretius libro secundo:

Hic armata manus (Curetas nomine Graii
Quos memorant Phrygios) inter se forte ceterua
Ludunt, in numerumq[ue] exultant sanguine leti,
Terricas capitum quatientes numine cristas.
Dictos referunt Curetas: qui Iouis illum
Vagatum in Creta quondam occultasse feruntur.
Cum pueri circum puerum pernice chorea
Armati in numerum pulsarunt æribus æra.

Atqui rectissime pro antiquorum theologia musica ratio Deorum sacrificiis addita fuit, non solum quia compositos animos sacrificare, & ad aras Deorum accendentium esse oportere significabant, cum metro compositæ processione domo essent ad altaria afferendæ; neque enim animus domesticis negotiis implicatus debet ad Deum colendum proficiendi, sed omnia negotia pro viribus

Mythologiae

vitibus è memoria obliteranda sunt cum ad aras accedimus.) sed etiā quia, cum Deos corpora cœlestia esse arbitrarentur, è numeris & harmonicis proportionibus Deos ipsos constare putarent. Sic igitur per hymnorum, & instrumentorum, & saltationum rhythmu Deorum natura imitabatur, & oblectabatur sacrificantes, & dies festos agentes, cōniuiis ac Genio indulgentes, Deorumque ipsorum felicitatē aliquo pacto imitantes, pro vitibus proximè ad Deorum immortalium naturam accedebant. Nam cum præclarum Dei opus mundum concerto constare crediderint, omnia musica Diis grata esse merito existimabant. Orpheus vero cum alios marinos, alios terrestres, alios cœlestes dæmonas è Curetibus appelleret, videtur dæmonas ten pestibus prefectos, vel potius ventos ipsos Curetas existimasse, ut appareat ex his;

χαλκοπτειαινεσι, ἀρεια τιγρι ιχθεις

βρυσι, χθενιτη, και οὐδαμοντελάθη

ζενιτη αναι, ειρηνειανειραι,

Aterea pulsantes Curetes arma, matini,

Cœlestes, ac terrestres, Mauortia pubes.

Fructiferi venti, qui vultu moenia mundi

Seruatis.

20 Nihil sane aliud horum strepitus, quam vim ventorum indicabat; qui etiā ministri ahez dicebantur, quoniam per ventos, ut dictum fuit, & pluiae & frigore & omnia denique naturæ opera perficiantur. Nam nullum animal potest gigni nisi per ventum sperma extrudatur, quod ipsum accidit in omnibus plantarum seminibus. Quod autem venti sint Curetes, & quod iudee & salutis & molestiarum in naturæ operibus sint autores, patet ex his Orphæi carminibus, quæ pontum etiam ab illis exagitari significant; cum nihil aliud quam venti mare infestet magis;

Δαιμονιον οἰλαντον τρόπου, τοιούτοις αἰτιολατέρης,

τοιούτοις αἴτιοι τρόποινον αἰτιολατέρης.

Ιλλαντον δίτοις τοιούτοις αἴτιοι τρόποινον αἰτιολατέρης.

αἴτιοι τρόποινον αἴτιοι τρόποινον αἰτιολατέρης.

Dæmones æterni, ac perdentes facta virorum,

Cum grauis irarum fluctus vos suscitat: arua

Vallantes, frugesq; nouas: tum rursus & arua

Frugibus implentes. per vos mare murmurat alte:

Conuulsæq; cadunt plantæ ab radicibus imis.

Et latè resonat cœlestis sibilus auro.

40 Nam omnis fertilitatis & salutis animalium autores sunt venti, quare ministri terræ merito ab antiquis sunt crediti. At de Curetibus & Corybantibus fatis, nunc de cyclopibus dicamus.

De Cyclopibus.

Cap. VIII.

F

Verunt autem Cyclopes Coeli & Terræ filii, ut ait Hesiodus his in Theogonia;

Ποσειτον οὐδεναντον οὐδεναντον οὐδεναντον

Επιτον, Επιτον, οὐδεναντον οὐδεναντον.

si fisi